

1. Cum Idomeneo Epicurus scriberet et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret, regiae tunc potentiae ministrum et magna tractantem, “si gloria” inquit “tangeris, notiozem te epistulae meae facient quam omnia ista quae colis et propter quae coleris”. 2. Numquid ergo mentitus est? Quis Idomeneae nosset nisi Epicurus illum litteris suis incidisset? Nomen Attici perire Ciceronis epistulae non sinunt. 3. Nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Caesar pronepos; inter tam magna nomina taceretur nisi Cicero illum adplicuisset. 4. Profunda super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exserent et in idem quandoque silentium abitura oblivioni resistent ac se diu vindicabunt. 5. Quod Epicurus amico suo potuit, hoc tibi promitto, Lucili: habebō apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educare. 6. Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes alienae potentiae fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt: post ipsos cito memoria defecit. 7. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur, sed quidquid illorum memoriae adhaesit excipitur.

1. Come si può riassumere il contenuto del brano? Seleziona una delle seguenti opzioni (1 punto)

A) Dedicarsi ad opere materiali che possano essere contemplate dai posteri procura gloria eterna.

B) Far parte della corte di uomini potenti dà maggiori opportunità di fama.

C) La gloria di un ingegno indipendente cresce eternamente dopo la sua morte. ---

D) Tanto maggiore è la gloria postuma quanto maggiore è l’impegno pubblico in vita.

2. Completa la seguente parafrasi del testo distribuito, completandolo con una delle parole elencate qui sotto. Inserire ogni parola digitandone la lettera corrispondente (per es. A per "antefert") nel box corrispondente all'interno del testo, senza aggiungere spazi o altri caratteri. (8 punti)

NB: NON inserire la parola latina, bensì la lettera corrispondente alla parola scelta per ogni box.

Parole da inserire:

A daret — B obliviscetur — C collegebantur — D crescentium — E fatur — F adhaereat — G tribuere — H legentur — I tueri — L oblitus — M crescenti — N veniet — O perveniat — P memorabit — Q protegi — R recordati

Ut Epicurus litteris potuit aeternam Idomeneo gloriam (**G**) quam officia eius regalia (**I**) non suffecissent, sic Attici posteritas non (**B**) non quia propinquus clarissimis fuerat viris sed Ciceronis beneficio de eo (**R**). Similis tandem Lucilio (**N**) fama quotienscumque Senecae epistulae a posteris (**H**), cum ingeniorum dignationi post mortem (**M**) memoria eorum qui ab ipsis celebrati sunt (**F**).

3. Seleziona la risposta corretta alle seguenti domande basandoti sulla lettura del testo. (4 punti)

A) Profuerunt Epicuri litterae

- 1) Idomenei memoriae --
- 2) Attici famae
- 3) Ciceronis operibus
- 4) Lucili oblivioni

B) Promittit scriptor amico

- 1) se maiorem famam ei daturum --
- 2) eum maiorem famam sibi daturum
- 3) Epicuri famam se aucturum
- 4) Epicurum ei famam laturum

C) Sunt ingenia

- 1) multa quae viros multos aeternabunt
- 2) pauca quae viros paucos aeternabunt --

- 3) pauca quae viros multos aeternabunt
- 4) multa quae viros paucos aeternabunt

D) Oblivioni

- 1) augendae prodest fama regia
- 2) repugnandae sufficit ingenium --
- 3) adeundae studet ingenium
- 4) obeundae operam dare debemus

4. Leggi le seguenti affermazioni relative al testo e stabilisci se sono vere o false. (8 punti)

- A) Epicurus Idomeneo regi litteras scripsit F
- B) Epicurus mentitus est se Idomeneo gloriam laturum F
- C) Atticus periit Ciceronis ob epistulas F
- D) Ciceronis operibus Attici memoria servata est V
- E) Aeterna memoria regiae est gloriae F
- F) Oblivio ingeniis omnibus contingit F
- G) Memorabuntur qui viris ingeniosis sociantur V
- H) Memoria non est honoribus publicis aeterna V

5. Leggi le seguenti affermazioni relative al testo e stabilisci se sono vere o false. (8 punti)

- A) *Cum* (1) introduce un complemento di compagnia/unione F

B) *Nosset* (2) è il verbo di una proposizione indipendente V

C) Il pronome *illum* (3) sostituisce il nome *Drusum* F

D) *Exserent* (4) è un congiuntivo esortativo F

E) *Abitura* (4) è un participio concordato a *ingenia* V

F) *Potuit* (5) regge un infinito sottinteso V

G) *Dum* (6) introduce una proposizione concessiva F

H) *Ipsis* (7) sta per *ingeniis* V

6. Indica il significato delle seguenti parole nel contesto di questo brano. (8 punti)

A) *altitudo* (4)

- 1) altitudine
- 2) profondità --
- 3) altezza
- 4) algore

B) *educare* (5)

- 1) istruire
- 2) sistemare
- 3) condurre
- 4) far crescere --

C) *quandoque* (4)

- 1) e quando
- 2) e poiché

- 3) quando che sia --
- 4) alquanto

D) *defecit* (6)

- 1) defezionò
- 2) dimenticò
- 3) si dissolse --
- 4) si distrasse

E) *speciosa* (1)

- 1) speculativa
- 2) rispettabile
- 3) appariscente --
- 4) sospettosa

F) *tracto* (1 *tractantem*)

- 1) amministrare --
- 2) triturare
- 3) maltrattare
- 4) trascinare

G) *exsero* (4 *exserent*)

- 1) disseminare
- 2) esercitare
- 3) levare --
- 4) dischiudere

H) *dignatio* (8)

- 1) indignazione
- 2) considerazione --
- 3) dignitosità
- 4) carica